

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Practicae Novae Imperialis Saxonicae Rerum Criminalium Pars ...

Quaestionum fere universarum in materia cuiusque generis homicidiorum,
fractae pacis publicae, laesae Majestatis ... falsificationis monetarum,
blasphemiarum, periurii & sortilegiorum ... decisiones absolutas ...
exhibens

Carpzov, Benedict

Witteberga, 1670

Qvaestio X.

[urn:nbn:de:bsz:31-127726](#)

QVÆSTIO X.

De infantum expositione ejusque pœnâ.

S V M M A R I A.

1. *Infanticidi pœna plectuntur solummodo parentes liberos manibus suis interficiens.*
2. *Expositio infantum pœnam quoq; meretur.*
3. *Quanam sit pœna expositionis infantum, n. 4.*
5. *Quandoq; infans animo occidendi exponitur, Et qua hujus delicti pœna, si infans moriatur, n. 68.*
7. *Sententie Scabinorum Lipsensium n. 9.*
10. *Si infans expotitus præter intentionem exponentis moriatur, n. 11.*
12. *Responsa Scabinorum Lipsensium.*
13. *Dans operam rei illicita, quando de omni evenitu teneantur, n. 14.*
15. *Quæst pœna exponentis, si infans vivus & incolus reperiatur, n. 16.17.18.*
19. *In dubio mitior est in penalibus eligenda via.*
20. *Sententie Scabinorum Lipsensium, n. 21.22.23.24.*
25. *Cuinam judicii incumbat educatio infantis, matrem non habentis, n. 26.27.*
28. *Sententia Scabinorum Lipsensium.*

IEvera ac rigorosâ illâ infanticidii pœnâ, *de qua haec tenus diximus*, tenentur absque dubio parentes, qui liberis suis impias manus inferunt, eosque dolose & ex proposito occidunt, haud absque insigni atrocitate, à qua tamen alii, in quibus adhuc cinctilla affectio & amoris ergaliberos supereft, abhorrent, non manibus liberos trucidantes, sed alio modo eos perimentes, causamq; morti præbentes, quos pari pœna plecti admodum rigorosum esset, licet & hiimpuniti haudquaquam remanere debeant.

2 Accidit hoc si parentes partus à se progenitos exponant, vel abiiciant, qui non minus adversus ipsum naturæ instinctum agere videntur: cùm brutis hoc inesse videamus, ut quanquam fera sint, non tamen prolem suam negligant, hancq; inhumanitatem tantò quovis homicidio pejorem esse, quanto miserioribus ea inferatur, inquit Imper. Iustinianus in l. f. C de infant. exposit. Quocirca parentes ejusmodi liberos suos exponentes, eos non modò amittunt, sed etiam pœnam incurunt. l. 2. l. f. C eod. sit. Menoch. de arbit. jud. quæst. lib. 2. cent. 4. casu 396.

3 Quæ tamen pœna uniformis non est, Etenim quandoque liberi exponuntur, eo animo ac proposito quo pereant, quandoque verò conciliandæ potius à prætereuntibus misericordia casu, & quò parentes pœnam & vituperium fornicationis seu adulterii effugiant: interdum etiam liberi expotiti moriuntur: interdum verò reperiuntur ab aliis & vivi conservantur, ac edificantur. Quæ circumstantiae delicti ipsam quoq; variant pœnam.

4 Neque etiam Doctores in hac omni ex parte convenientiunt. Alii enim relegationem, vel fustigationem: Alii etiam mortis pœnam pro delicto hoc constitutam e' carbitrantur: Alii denique rem totam iudicis arbitrio committunt, ut videre licet apud Welsmbec. in parat ff. ad Leg. Cornel. de sicariis n. 14. Jul. Clar. libr. 5. sentent. §. 5. quæst. 83 n. 7. Matib. Berlub. part. 4. concl. 7. n. 32. & seqq. Daniel. Moller. libr. 4. semeft. 45. Matth. Coler. part. 1. decis. 58. Ludovic. Gilbaut. in arbor. jud. crim. cap. 2. tit. 15 n. 1. & seq. Egid. Boff. de homicid. n. 7. ita ut difficile sit, certi quid statuere. Ne tamen hæreamus in dubio, ad planiorem hujus rei explicationem tres casus ab invicem distinguere libet.

PRIMVS CASVS EST, Quando infantes in *casu* locum solitarium, & à conspectu hominum remotum, abiiciuntur ea intētione & proposito, *Q. I. Si in quo inedia consumantur & moriantur, tunc c- fans eo fine ventu sub sequito exponentes pœna legis Cot- exponatur nelie de sicarii, nempe gladio puniendi sunt, ut pereat, Bartol. in l. 4. in fin ff. de agnosc. & alend. liber. Job. mortuo eo. Harppr. in §. item lex Cornel. de sicar. n. 42. Inst. expotitor de publ. judic. V. Vesemb. in parat ff. ad Leg. Cornel. puniendis de sicar. n. 14. & Egid. Boff. de homicid. 7.*

Etsi enim implinet manu sua non interficiant liberos, attamen cùm causam mortis præbeant animo occidendi, utique morte sublecuta gladio plectendi sunt, cùm parum referat, an quis occidat, an verò causam mortis præbeat, *l. nihil interest. 15. ff. ad Leg. Cornel. de sicar.* Cū quo convenit etiam Ordin. Crim. Carol. V. in art. 132. in fibi: Stirbt aber das Kind von solchen hinlegen! so soll man die Mutter nach Geleæenheit des gefährlichen Hinlegens an Leib oder Leben straffen.

Hinc gladii pœna dictata fuit H. S. qui prolem suā ex fornicatione procreatam in campum solitarium penes fluvium abjecerat, surculi spinosum cooperiendo, ubi omni ope & auxilio destituta perierat. Versus Noctis! Ad consultationem Praefeli Mens. Jun. Anno 1582.

Quamvis &, meo judicio, Index delinquenti hoc casu pœnam ordinariam Culei dictando neutiquam à tramite justitia aberret, cùm unum idemque ferè sit, infantem manu necare, & in talum locum exponere, ubi fame & inedia cum perire oportet.

Veluti sic quoq; responderunt Scabini ad consul- tationem Gregorii Adolphi à Hartitz. So möch- te A. L. deshwegen / daß sie ihr Kind also dolose und fürsäglich umbkommen und verschmacheen lassen / und es eben dafür zu halten / als wch sie es ermordeunnd umbbrachte / und sollichen Hand angeleget hätte / mit einem Hunde / Hahn / Schlangen / und Katzen an statt eines Affen in Sack gesleckt / ins Wasser geworfen und ertränket / oder da die Gelegenheit des Wassers nicht vorhanden / mit dem Raden vom Leben zum Tode gestrafft werden B. R. W. Mens. Mart. Anno 1617.

Eadem pœna dictata fuit in casu simili, versus Mülbergk an Schösser / Mens. Oktob. An. 1599. Ad requisitionem Quesitoris zur Moritzburg / Mens. April. Anno 1591.

Ad consultationem Otonis à Ditslaw / Mens. Novemb. Anno 1599.

SECVN-

Altus Cas. SECUNDVS CASVS EST, Si patens

¹⁰ infante m non quidem animo occidendi, neque
^{Q. II.} in locum solitarium, sed in eiusmodi locum,
^{Si infans} quo homines frequenter ambulant, ut in platea
^{expositus} ad ædes alicuius, exponunt, eo fine & proposi-
^{præter in-} tationem to, quod is, qui patet ipsius perhibetur, vel etiam
^{exponentis} alii misericordia duicti cum recipient & alant,
^{moriatur?} coique modo exponentes vituperium & pœnam
fornicationis vel adulterii effugiant. Quo casu,
si infans præter intentionem exponentium, vel
nimis sero, vel etiam planè non repertus, inediâ
consumatur aut frigore pereat, quin exponentes
pœnam fustigationis cum perpetua relegatione
incurrant dubium non est:

¹¹ Etsi enim hic animus occidendi desit, artamen cùm pér expositionem sobolis morti ipsi⁹
caus⁹ præbeatur, quæ si non fuisset exposita, absque
dubio viva conservari ac educari potuisse,
& sic exponens infantem in dolo versatur, mor-
temque causatur, non immerito pœna corporis
afflictiva, fustigatio scilicet cum perpetua relegatione
obtinebit, iuxta Ordinat. Crim. Carol.
V. in dict. art 132. in verb. Nach Gelegenheit des
gefährlichen hinlegens andeut oder eben Wesen-
bec. dict. loco. n. 14. Matth Berl. dict. concl. 7. n. 34.

¹² Et tali casu fustigatio cum perpetua relegatione di-
stata fuit à Scabini versus Roßkampf id requisitionem
Prefecti. Mens lun. Anno 1. 82.

It. An die Land Herrn über des Rahts Rittergüter
zu Leipzig Mens August. Anno 1609.

¹³ Neque hilice obstat, quod dans operam reilicit
teneatur de omni eo, quod sequitur præ-
ter illius intentionem & voluntatem; l. quoniam am-
multa C. ad Leg. Inst. de vi publ. ubi gloss. n. verb.
quoniam Cum an. in l. 1. §. divisi ff. ad Leg. Corn. de
sciar. & in consil. 134. col. 2. Marfil. conf. 7 n. 5. & 8.
GoZadin. conf. 61. n. 3. Capolla conf. 3. n. 2. unde vi-
deatur lequi, exponentem hoc casu de morte in-
fantis expositi teneri, adeoque pœna gladii ple-
ctendum esse, ed quod expositio infantis res
perte illicita sit, & mors inde evenierit.

¹⁴ Hoc inquam, non obstat, quia dans operam
rei illicitæ tunc demum de omni causâ teneatur,
si nemp̄ eveni⁹ ex opere illico per se imme-
diatè & necessariò sequatur, non etiam si hoc si-
at per accidens, & causa non sit ordinata ad sub-
secutum eventum; nam quæ per accidens eve-
niunt ex opere aliquo, non imputantur agenti,
Covarr. ad Clem V de homicid secund. part. relikt.
in § 1. sub n. 1. Boff. de homicid sub. num. 75. Quia
ergo mors infantis ex ipsa expositione necessaria
non provenit, sed infans propterea, quod ni-
mis sero aut planè non repertus fuerit, vel inci-
diâ vel frigore. & sic per accidens periit, utique
neceponens pœna mortis tenebitur, propter
expositionem tamen dolosam fustigatione ple-
ctendus est.

¹⁵ TERTIVS CASVS EST: Quando in-
fans expositus vivus ac incolmis reperitur.
^{Q. III.} Tunc exponentem aquæ ac casu secundo, fusti-
gatione & perpetua relegatione puniendum es-
tatur, tradit Dan. Moller. lib. 4. sentent. 45. numer. 7.
^{Si infans} vivus &
^{expositus} incolmis Matth. Coler. part. 1. decis. 58. n. 2. Matth. Berl.
reperiatur part. 4. concl. 7. n. 36. Petr. Theodor. in Colleg. crim.
disput. 7. th. 6. lit. H.

Quæ tamen sententia tam quoad intentio-
nem exponentis, quam quoad ipsum delictum
expositionis mihi nimis dura videtur. Expon-
tis namque intentio alia non est, quam ut
onus alendi & educandi infantem vel in patrem
infantis, vel etiam in alium transferatur; & ne
delictum fornicationis vel adulterii manife-
stetur, (de hoc enim casu huc solum agitur, non et
iam si infans exponatur in locum solitarium ut
pereat, quo casu licet infans vivus reperiatur,
fustigationem obtinere, facile concessum.) Hanc verò intentionem fustigatione coerceri,
admodum durum esset. Neque etiam ipsa ex-
positio pœnam corporis afflictivam meretur, ut
quam non impietas causati solet, sed proprius
honor, qui non modò filii sed & vite propria
antefertur. I. isti quidem. §. ff. quod met caus. la-
cob. Menoch de arb. jud. quest. lib. 2. cent. 4.
cas. 396. n. 7. Cravet. conf. 168. n. 3. Socin. Jun. conf.
38. n. 40. lib. 2 Ideoq; & S. natum Mediolanen-
sem puellam, quæ ad infamiam evitandam partū
exponi jusserrat, absolvisse, refert Iul. Clar. §. f.
quest 8; n. 7. quam sententiam laudat Menoch.
dict. cas. 396. n. 6.

Reclius meo judicio existimat Wesembec. ¹⁷
in parat ff ad Leg. Cornel. de sciar. n. 14. Exponen-
tem hoc casu si infans incolmis reperti⁹ fuerit, »
relegatione solum puniri debere: Tum, quod »
& l. ure Civili mulier exponens partum puniatur
extraordinariè, l. unusquisq; 2. C. de infant expos.
Nov. 153. cap. 1. Jul. Clar. in art. § fin. quest. 85. n. 7.
Menoch dict. cas. 396. n. 2. Ludov. Gibauj. in ar-
bor jud. crim. cap. 2. tit. 15. n. 1. & seq.

Tum, quod haec sententia haud obscurè con-
veniat art. 32. Const. Crim. Carol. V. ubi dicitur:
Stirbt aber das Kind von solchen Hinlegen / so
 soll man die Mutter nach Gel. gen. itt. et gefähr-
lichen Hinlegens an Leib oder Leben straffen. Et-
gò à contrario sensu, quando infans non mori-
tur, sed incolmis reperitur, mater quæ ipsum
exposuit, neque ultimo supplicio, neque pœna
aliquâ corporis afflictiva/ qualis fustigatio quo-
que est) coerceri sed pro arbitrio Iudicis puni-
ri debet, secundum verba præcedentia dict. art.
132. Nach gelegenheit der Sache vnd Raht der
Verständigen.

Tum, quod in dubio, quando certa pœnale ¹⁹
gibus non est expressa, mitior semper eligenda
est sententia. I. haec enim causa 4. §. decreto. 1. ubi
gloss. in verb. & verum est. ff de susp. tutor. L. si
preses 32. inf. & l. interpretatione. 42. ff. depæn. l.
factum cuique. 155. § fin. ff de reg. juris. cap. int. &
ext. eod. in sexto. Iac. Schult in addit ad Modest. Pistor. part. 4. q. 133. nu. 26. Menoch de pra-
sumpt. libr. 5. presumt. fin. nu. 2. Ludolph. Schrad de
feud. part. non part. princ. sect. 8 n. 16. Prosp. r. Fa-
rin. in prax. crim. lib. 1. quest. 19 n. 3.

Quam opinionem VVesemb. eu veriorem in ²⁰
pronunciando quoq; sequuntur Scabini. Elec. di-
clantes exponenti hoc casu, quo infans vivus ac in-
colmis reperti⁹ fuit proratione circumstantiarum
relegationem temporalem vel perpetuam, quando-
que etiam pœnam arbitriam carceris vel tempo-
ralis relegationis.

Sic pœnam temporalis relegationis adjudicarunt ²¹
C. K. hisse formalibus.

D

Pars I. Quest. XI.

Ob sie nun woldarneben vorgewendet, daß sie bemeltes Kind nicht der meinung hinweg gelegt, daß es umkommen oder Schaden nehmen sollte / sondern weil sie geschen, daß es aufgehoen worden / were sie davon gangen / &c. So wird sie doch solches gehanes fürwendens ungetachtes / derowegen auch zeitlicher Landes Verweisung in Straff genommen V. R. W.
Ad consultationem Sculteri zu Eytern / Mens. Septembr. Anno 1600.

22. *Et cum M.B. artum suum ad ades impregnatoris exponere alicui mandaverat, utrig tam mandatrici, quam mandatario temporalis relegatio fuit indicata.*

So werden sie deswegen beide gestalten Sachen nach/ weil gleich wol dem Kind nichts widerfahren / auf etliche Jahr des Landes verwiesen / man wolle dem der verhafteten M. B. in Ansehung daß sie sich selbsten angegeben / vnd ihr Belästigung freiwillig gethan / Snae de erzeigen / auf den fall möchte sie mit der Landes Verweisung verschont / und ein zeitlang mit Gefängniß gestrafft werden V. R. W. Verus Lanchstädt / Adrequisitionem Praefetti, Mens. Jul. Anno 1614.

Pariter temporalis relegatio dictata fuit A. D.
Nach Salza an Schösser / Mens. Jun. Anno 1597.

In casu simili fuit cuidam femina in dicta relegatio ad biennium, Ad requisitionem Questoris Zwickwiensis, M. Novembr. Anno 1630.

23. *Perpetua vero relegatio alicui adjudicata fuit in casu simili, versus Rochlitz an die Statt Gericht. Mens. Aug. Anno 1606.*

24. *Arbitraria pena Carceris vel temporalis relegationis fuit imposita hoc casu exponenti an Richter zu Crimmißchawo / M. Decemb. r. Anno 1594.*

It. Ad consultationem Joa. humi Reiboldens in Unter Navendorff / Mens. Febr. Anno 1583.

It. Ad requisitionem Questoris in Börbigl / Mens. Septembr. Anno 1629, in qua sententia fuit in dicta pena carceris etiam mandatario exponenti

sobolem ad mandatum & jussum alterius.

Quæritur hic, si infans cuius mater ignoratur, in loco, in quo unius erum imperium vel alia iurisdictionis Cui die Obergerichte / alteri inferiori iurisdictionis Erige, nam jurisdictione competit, repertus fuerit, utri illorum, si homines in spitalia desint, curatio & educatio ejus incumbat: cumbat

Nobiles quidem hoc onus rusticis & toti cōmunitati obtrudere solent, sed quo titulo? Nulli & educatione certo alio, quam quod cōmuniter homines cōmunitaria ex quibus nihil commodi sperandum, in fantem alios transferant; cū tamen onera debeat ferre repertū?
reis qui sentit commoda, adeoque ad magistratus qui redditus jurisdictionis habet, curatio & educatione liberorum expiatorum pertinet, Jacob. de S. Georg. in l. 1. ff. de jur. & fact. ignor.

Et quamvis Tessaur. decif. 118. contrarium ve- lit probare ex Novell. 153. educationem nimirum horum infantum spectare ad cōmunitatem ejus loci, in quo reperti sunt infantes: Frustra tam laborat prout luculenter demonstrat Daniel Moller. Lib. 4. sem. 45. ubi assertit, Educationem ejusmodi infantum incumbe iudici, qui eo in loco iurisdictionem superiorem habet, die Obergericht. n. 6. Quod etiam verissimum est: Licet enim causa curationis & educationis infantis expositi per se criminalis non sit, à criminis tamen expositionis oritur, quod index superior der Oberrichter/regulariter solet punire, iuxta Ordin. Provinc. Elector. Saxon. was zu Ober- und Niederoder Erbgerichten gehöret/ Moll. dict. cap. 54. n. 7.

Et Secundum Moller sententiam pronunciavimus gegen Schönsfels / Ad Consultationem actuali- ria judicialis, M. Mayo, Anno 1621.

Item Ad requisitionem Questoris in Arnshaug / Mens. Sept. Anno 1629.

QUÆSTIO XI.

De Pænis procurantium abortus infantes prematuos necantum, vel adhuc in utero existentes, criminisque infanticidii considorum.

SUMMARIA.

1. *Quæ sit pæna procurantium abortus. n. 2. 3. 4.*
5. *Quo tempore fetus in utero materno vivere incipiat. n. 6.*
7. *Sententia Scabinor. Lipsensium.*
8. *Pæna matris haustâ potionē partum abigenit.*
9. *Sententia Scabinorum Lipsensium.*
10. *Quomodo puniendus pater sive impregnator partum abigens.*
11. *Responsum Scabinorum Lipsensium.*
12. *Pæna matris vim utero inferentis & partum necantis. n. 13. 15. 16.*
14. *Fetus in utero pro jam nato homine habetur, licet verè homo non dicatur. n. 18.*
17. *Explicatio Const. Elect. 4. part. 4. n. 19.*
20. *Argumentum ex ratione legis desumptum firmum est.*
21. *Sententia Scabinor. Lipsensium. n. 22. 23. 24.*
25. *Abortus non dolose procuratus, mitius punitur.*
26. *Antequam pæna decernatur, constare debet de efficacia medicamenti adhibiti ad procurandum abortum.*
27. *Sententia Scabinorum Lipsensium.*
28. *Pæna matris, qua infante in squalore perire finit. n. 29.*
30. *In dubio mittior pæna Reo est imponenda.*
31. *Sententia Scabinorum Lipsensium. n. 32. 33.*
34. *Quæ pæna plectenda mater infante in cloacam emittens. n. 36.*
35. *Responsum Scabinor. Lipsensium.*
37. *Pæna parentum necantium liberos prematuos & imperfectos. n. 38. 39. 40.*
41. *Sententia Scabinorum Lipsensium. n. 42. 43.*
44. *Pæna considorum criminis infanticidii. n. 45. 48. 49. 50.*
46. *Intellectus l. utrum ff ad Leg. Pompei de parvici. & §. 6. Instit. de publ. judic. n. 47. 54.*
51. *Refertur opinio Scabinorum Lipsensium additio prejudicie. n. 52. 53.*
55. *Conscius criminis in jure duplice modo dicitur.*
56. *Infanticidium non dolose commissum mutiuus puniri debet.*

PRÆTER